

5783 | et singu[los] | integritatis | qui temporibus cura[e suae] | inter cetera [beneficia etiam] | ornamentum moenibus | et salutem civibus | perpetuam perductis | fontibus contulerit, | populus curiar. X, | loco ab ordine dat[o], | alteram statuam posuit | et ob dedicationem | decurionib. sportulas | curiis epulactris¹ eius | deder.

Henschir Medeina, ubi fuit municipium Althiburitanum Africae (VIII 1528 vidit Wilmanns). — 1) *Lectionem certam esse ait Wilm. (epul. actores? Momms.).*

5784 Pelagii¹ | P. Fundanio P. f. Pap. | Prisco patron. municipi, | omnibus honorib. | et oneribus functo, | patron. civit Auscul., | qui cum multa et | maxima in rem p. saepi[us] praestiterit, fontem | quoque novum cum gran[di] sumptu fabricae sua pecu[nia] induxit et cives patri[am] quae reformavit, | caplatores² | patrono praestantissimo. | L. d. d. d.

Ausculi Apuli (IX 665 semel descripta saec. XVI). — 1) *Signum sine dubio Fundanii (PELAGINII A traditur).* — 2) *M: CAPLATORES traditur.*

5785 felicissimis temporibus d. d. n. n. imp. Caes. M. Iuli Philippi¹ invicti Pii Felicis et imp. Caes. M. Iuli Philippi invicti Pii¹ | Felicis Augg. et Marciae Otaciliae Severae Aug.¹ aqua fontis, quae multo tempore deperierat et cives inopia | aquae laborabant, instantia M. Aurelii Athonis Marcelli v. e. proc. Augg., rarissimi praesidis n., patroni municipii, innoto opere aquae ductus abundans in fonte est perducta.

In Mauretania loco dicto Kherbet Zembia (olim Lemellef) (VIII 8809 vidit Wilmanns). — 1) *Litterae punctis signatae eradi coeptae sunt, sed leguntur.*

5786 aquaeductum | leg. III Aug. Diocleti[ani]¹ et Maximiani¹ Augg. | nn., multorum incuri[a] dilapsum et per lon[gam] annorum seri[em] neglectum, invic[tissimi] ac restituto[res] et propagatores | orbis sui Diocletianus | et Maximianus Augg. | curante Aurelio | Maximiano v. p., p. p. N.², | et Clodio Honorato | v. e., praef. leg. eiusd., | in melius refo[r]matum ad integri[tatem] restitue[runt].

Lambaesi (VIII 2572 vidit Wilmanns). — 1) *Nomina imperatorum erasa, sed leguntur.* — 2) *Viro perfectissimo, praeside provinciae Numidiae.*

5787 imp. Caes. C. Aur. Valerius Diocletianus p. | f. invictus Aug. et M. Aurelius Valerius Ma|ximianus p. f. invictus Aug. aquae ductum | Titulensem ab originem (sic) usque ad civita[tem] longa vetustate corruptum | per Aurelium Maximianum v. p., p. p. N.¹, ad melio[rem] statum additis limis² restituerunt, curantibus Ae[milio] Lucino augure, cur. rei p., et Iulio Aurelio γ.

Lambaesi, olim in nymphaeo (ibi ubi N. 5626), deinde in praetorio (VIII 2660 vidit Wilmanns). — 1) *Virum perfectissimum, praesidem provinciae Numidiae.* — 2) *Aggeribus obliquis? (VIII p. 1112).*

5788 aquam Titulensem, quam ante annos | plurimos Lambaesitana